



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Determinatio Theologicae facultatis Parisie[n]sis, super Doctrina Lvtheriana Hactenus per eam visa**

**Université <Paris> / Faculté de Théologie**

**Coloniae, 1521**

**VD16 P 765**

Kolophon

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34678**



iij. ecclesiasticarum rerum administratio pares esse et equales. Verba sunt in resolutionibus  
 ipsi ad Leonem. Et in tractatu de peccatis ecclesiasticis. ¶ Insuper quod indulgentiis  
 quibus tribuitur ut sui participatione possint decedere animas a debito solvendo  
 in purgatorio pene liberare. cōfingit animas in purgatorio nullatenus affligi  
 pro criminibus aut peccatis mortalibus sed venialibus dicitur. ¶ Neque oportere homines  
 sollicitos esse pro satisfacienda. cum post culpe remissionem nulla maneat homini ad  
 deum obligatio. imo fallacie cōmētū esse. satisfaciōem penitentie preterponere.  
 Horum dicta errorum sunt in resolutionibus ipsi. ¶ Hic quoniam ab ventis preteritis  
 ea quibus illis ascribebat Deus. ut pro eas relaxat penitus omnibus quibus pro peccatis exoluende  
 fuerat. anima continuo ex hac luce cōmigras. euolat ad celestia. nulla purgatione  
 intercedente media. quod minus regnum ingreditur. ¶ Inde manantia sunt vnde  
 et alter. Primo quod credebar dimissis etiam peccatis quod ad culpam et penam. adhuc  
 restare originalis peccati fomitem. quod se solo esse sufficiens impedire ac remorari animam  
 ab introitu celestis regni. Nam hec inquit omnia loquuntur quasi non sint peccata nisi actualia  
 et si fomes relicta nulla sit immunditia remorans ingressus regni. ¶ Secundo quod  
 asseuerabat horrore mortis in sanctis esse peccatum veniale non modicum. atque ab hoc  
 in purgatorio puniendum. Ita ut inquit rarissimum sit. quod post omnes venias non etiam  
 in morte peccet. Verba sunt in conclusioibus. ¶ Uerum ne facile purgandi animas  
 bus egressus relinqueret. scilicet et euolatōes animarum quam ventis permittere videbantur  
 profusus iteriperet. metuit est animas purgatorij sine intermissione peccare. profer  
 tim inquit cum ea quae sua sunt plus querat quam dei voluntate. Verba sunt in resolutionibus  
 bus etc. ¶ Uerum ne easdem sine cessatōe peccantes animas cogeret ad perpetuas  
 relegare flamas. cōmētū est in purgatorio manere mercedi statum Quo si  
 at ut in charitate merendo proficiat et charitate ad perfectum proficere minuat tamen  
 deus excludat penam. timor quod exclusio cessus est litere ad superiores ut pergant.  
 Verba sunt in resolutionibus. ¶ Quod ipse in errore ut per aduersarios iacula  
 ab scripturarum auctoritate depropra quae suis etiam declaratioibus inseruit. defende  
 ret. cōmōstrare conatur. et haud minore eiusdem mercedi statum esse certitudinem quam  
 illi ipsius purgatorij. Neque id sane molestū duxit olfaciens quod pesti quid  
 cure indulgentie esse habiture. ubi purgatorij esse in dubium vocatū. Cum alius  
 nihil dicat esse venie quam remissiones purgatoriarum penarum. Verba sunt in resolu  
 tioibus. ¶ Hinc demum ipsam indulgentiarum arcem aggressus ubi vidit passim  
 proclamari sanctorum merita pro peccatis nostris donari in satisfactorum matre ea quae illis  
 superflua in thesauro misericordiae ecclesiae esse relicta. negavit sanctis vlla superflua esse  
 merita. sed omnia quae fecissent opera copiosissime esse remunerata. Verba sunt in resolu  
 tioibus. ¶ Imo ut nihil illi abundantum meritorum relinqueret. praedicat flagrantis  
 sissime sanctorum omnes in quibus bono opere veniale peccasse. minus quam quibus debuissent  
 fecisse Qui autem peccando deficiunt alijs ex sibi superfluo dare quod possent Ita pro  
 peccato euenit ab illo audaci homine toties insinulari viros celestes pro  
 nostra salute irrepeutos oratores. Cum quibus peccatis si ille sua atque ego mea pro  
 nere voluerim. vereor ne nos hisce tarrarus absorbeat. Ecce amice  
 frater habes iam ortum atque capita primorum Lutherianorum errorum Vale.

Coloniae in officina Quentileana. Anno viginti  
 nei partus. M.D.XXI. vii. kal. Iunias.